

483. Menoch. *A. J. Q. cas. 237. num. 3. 8. 21. 22. 26.* Quod itaque post hæc omnia concernit decem supra propositas dubitandi rationes, Resp. ad (1.) Multa juris gent. esse, & tamen à jure civ. restrictionem pati, ut constat ex *tit. 7. de Rer. div.* Mansit Emtio contractus consensualis atque liber, etiã iis casibus, quibus aliqui emere vel vendere coguntur §. 2. *l. de his qui sui vel al. jur. §. f. inf. l. de Donat. l. 34. §. 2. C. eod. l. 13. §. 17. ff. de act. emt. l. 12. pr. ff. de Relig. & sumt. fun.* Manebit ergò eidem eadem libertas sua, 484. licet quandoque emere vel vendere prohibeantur. Ad (2.) Resp. Ex vicinitate nec semper nec omnibus retrahendi facultatem competere. Literatos autem in hac specie nec indigere nec instituere: quia non intendunt domum illam habere; sed, Ne opifex artis turbulentæ illam habeat, possideat ibique artem suam exerceat, 485. vigore Privilegii intendunt. Ad (3.) Resp. ex eodem §. 2. *J. de his qui sui vel al. jur.* Publicè interesse ne quis re suã malè utatur; faceret autem, si opificiò studiis obesset. Artis exercitium in se est innoxium, sed abi ad invidiam Literatorum te ad latus ipsorum 486. constituas, ab artifice vitium accedit. Ad (4.) Resp. Domum cuique suam adversus insequentes & vim intentantes refugium licitè præbet, sed admodum illicitè id ad alios inquietandos turbandosq; adhibetur. Deinde refugium præbet tibi domus, quæ tibi relinquitur, quam occupare permitteris; sed hanc aut non ingredi aut mox deserere juberis. Nec injuriã extraheris, quam 487. nullò jure introiisti: Ad (5.) Respondet Rebuff. *privil. 3. sub. n. 1. inf.* quod ea quæ utilitatis publicæ causâ fiunt, etsi in contumeliam alterius cedant, non reputentur injuriosa. *l. 33. ff. de Injur.* Nec dici possit, Hoc privilegium in damnum vel injuriam Fabri concessum esse: Cùm in utilitate publica contineatur etiam utilitas Fabri: In toto enim & pars continetur *l. 113. ff. de R. J. l. 147. eod.* Prætereà, sicut majus bonum præponitur minori; Ita communis utilitas præfertur speciali. *c. 18. de regul. & trans. ad relig. Joh. Schneidew. ad §. f. n. 7. l. Locat.* quare cogitet Faber, quòd licet & ipse sit utilis, major tamen utilitas sit studiorum; & quòd ipse alibi quoque commodè possit habitare. Joach. Cluten. *diatrib. Justin. 7. tb. 31.* publica privatis anteponenda bonis. *l. 43. ff. de Rel. & S. f. l. 5. §. f. ff. de Injur. l. 9. §. 5 f. ff. de Publ. & vect. N. 39. c. 1. v.*
- EA